

DEDICATIO.

nio, rustici multaeque gentes lacte supplicabant, et mola tantum falsa, quae non habebant thura: quare nec mihi vitio vertetur, quod ea donem, quae vitae munerisque rationes subministrarunt leuiuscula. Accipe igitur sereno vultu, vt soles, hoc qualecumque industriae specimen: dum laborum academicorum, **VIR PERILLVSTRIS**, rationes exhibeo, quos commendatos **TIBI** probatosque cupio, quam qui maxime. Quod superest **DEVM T. O. M.** supplicibus ardentissimisque imploro precibus, vt incolumem **TE, VIR PERILLVSTRIS**, florentemque conseruet quam diutissime atque in annos Nestoreos. Largiatur **TIBI NVMEN SVPREMVM** vitae cursum sine vlla offensione secundum, quo **TVIS** consiliis prudentissimis **TVA-**
que